

antiqu. Graec.  
220

*Ant. Graec. 527.*



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

2080

COMMENTATIO  
 De  
 NATALI,  
 ad  
 PATRONUM,  
 d. V. Idus VIIIbris M DC LVII.  
 Onomasteria celebrantem,



*conscripta*  
 à  
 M. Joh. Augustino Egenolpho,  
 E. Thur.

---

DRESDÆ,  
 Typis Melchioris Bergen/  
 Elect. Saxon. Chalcogr.

Vide infra Beal.  
 Manus Guelinff. 59.  
 et facis Grotten tom  
 v. p. 556.

*Nobilissimo, Magnifico & Consultissimo*

V I R O,

**DN. BURCHARDO BERLICHIO,**

in Wegesarth & Waltersdorff Toparchæ, & Cto Celebratissimo, S. Palatii Lateranensis, Aulae Cæsareæ,

& Imperialis Consistorij Comiti, ut & Serenissimi

ac Potentissimi Saxoniae Electoris

Confiliario aulico excel-

lentissimo,

*Domino Hospiti, Patrono & Evergetæ*

*eternum colendo*

---

breves hasce lineolas

dedicat,

**Secq̃ cum illis totum commendat**

M. J. A. E.



I. N. J.

**V**Eteri sanè, Vir Magni-  
fice, Patrone honoratissime, &  
quidem omnium ferè gentium consue-  
tudine tritum est, ut dies ille, quò quis primum  
letam hanc aspexit lucem, summâ latitiâ, & vo-  
tivâ aliorum acclamatione ornetur & celebre-  
tur. Quod certè non nullâ niti videtur ra-  
tione. Quid enim, quæso, homini magis con-  
sentaneum est, quam diem illum, quò ipse (α) Deo-  
dus in jucundam hanc & letam erupit lucem,  
maximò gaudiò & votis gratulatoriis celebrare,  
quibus Deo debite pro tanto beneficio grates per-  
solvantur, & p̄j parentes sepositis curis & soli-  
cudinibus exbilentur & reficiantur? Hic  
autem est ipse partus dies, primus hominis, qui  
vivere sic incipit. Nec minori excipitur leti-  
tiâ idem, quando quotannis redit dies, tunc enim  
summas, quas mente concipere possumus, Deo  
nostro gratias agimus, quòd non solum vitam  
& vitales motus nobis elargiri, verum etiam il-

gratio coelo, inquit  
Thilo orat. arab. p.  
285.

(α) ad imagi-  
nem Dei for-  
matus.

Natalis origo. Ouid. Met.  
XIII. 609.

los in nobis clementer prolongare & conservare  
voluerit. Et huncce diem Natalem vocita-  
mus, de quo paucissimis cum Deo jam sum acturus.

Trahit autem originem suam NATALIS

B. Ec. III. 76

à Nascendo, quem substantivè proponit (B) VIR-

γ. in Aug. 57.

GILIUS & (γ) SÜETONIUS. (δ) CICERO, verò

phor. I. 1. 14. & Teber. 26.

& (ε) PLAUTUS, adjectivè, uterq; enim vocat

δ. L. III. de fi-

DIEM NATALEM. (ζ) D. HIERONYMUS

philipp. 2. 39. nib. n. 83. 84. 85.

ε. Pseud. act.

dicit diem natalis. (η) OVIDIUS eundem no-

III. scen. I. v. 9.

minat LUCEM NATALEM, & (θ) TEMPUS

ζ. in C. XIV.

GENITALE. (ι) SYMMACHUS diem Solem-

Matth. v. 6.

nem. Unum etiam sunt apud Latinorum vete-

η. In Ibin. 27.

res NATALIS, (κ) NATALITIA & (λλ) NATA-

δ. L. III. Trist.

LES. Græci nominant γενέθλια, γενέθλιακός, ημέ-

ε. I. VI. epist. 81.

ρας γενέθλιακός interdum etiam simpliciter ημέρων,

κ. Valla L. IV.

κατ' ἐξοχήν scilicet, ut intelligatur dies annua &

ιθ.

propter eam feriata. (ξ) HERODOTUS. Id quod

λλ. Juvenal.

& nostra imitatur vernacula: Es ist heute mein

322. Sat. VI. v. 20

Tag. Eundem significatum etiam habent γενέ-

λ. Libro III. S.

σια. (μ) Evangelistis in sacro codice attestantibus, quæ

Thalia.

tamen juxta (ν) HERODOTUM etiam annua sa-

μ. Matth. XIV.

crificia in memoriam parentum denotant. Ebraeis

6.

est יום הולדת, dies nasci sive natiuitatis, uti ex-

Marc. VI. 21.

primitur in (ξ) Genesi & apud (ο) Ezechielem Pro-

v. L. IV. f. Mel-

phetam. Et significantur hoc nomine communi-

π. pomene.

ter NATALITIA, tam publica, quam privata.

ξ. Gen. XL. 20.

Publi-

ο. Ezech. XVI.

4.



Publica dico solennia illa festa ab universo populo celebrari solita, non tantum in honorem vivorum, sed etiam mortuorum, qui de Rep. benè meriti fuerunt. Quod nobis (π) LAZIUS

π. L. 3. de Rep. Rom.

reliquit, ita enim iste: Apud Romanos, ait, natalitia hujusmodi publica fuerunt, atq; adeò post mortem etiam reditu in hoc pecuniæ locato, memoriæ ejus, qui obierat, retinendæ conservandæq; causâ celebrata.

Ejusmodi describuntur à (σ) CORNELIO NEPOTIS, qui vulgò ÆMILIUS PROBUS nominatur, introducitur enim TIMOLEONTEM prælia maxima natali die suo fecisse omnia. Et subjungit: Quò factum est, ut ejus diem natalem festum haberet universa Sicilia. Publicus etiam Urbis ROMÆ natalis fuit, qui incidit in XII. Cal. Maji, sive XX. Aprilis diem. Hoc die sacra fiebant (σ) Parilia, vel uti autoribus magis placet (τ) Palilia, dicta. De quibus

ρ. In Timol. c.

V. vid. oval. Acad.

Tib. 285.

(υ) PROPERTIUS,

Urbi festus erat, dixerè Palilia Patres,

Hic primus cœpit mœnibus esse dies,

Et (φ) SÆTONIUS: Decretum, ut dies, quò cepisset imperium Caligula, Palilia vocaretur, velut argumentum rursus conditæ urbis. Quomodo verò in Palilibus usitatum fue-

Roma primo natali fuit defest. O. Flor. baln. p. 17.

XVII. Cal. Maji dicit Urbis natali Perot. c. cap. 689. 41.

Vide Schottum in notis ad Virg. Georg. et Vell. σ. à pariendo dicta. Patere. l. 8. q.

τ. à Pale Dea, Alex. ab. Alex. cui sacra ista ll. 22. p. 926. offerebantur. XI. Cal. Maji

Significat autem plures. tem Pales tel. Numa p. 57.

lurem sive ter. Senestr. Fabii ram. p. 90. Confer

v. l. 4. Ovid. Metamor. φ. in Calig. XIV. 776.

σ. 16.

A 3

rit

χ. Sat. l. v. 72.  
ψ. Job. Bond in  
b. l.

ω. Tom. 111.  
annal. p. 7.

rit per ignem saltare, autores passim docent, Et  
huc (χ) PERSIUS, respicit, quando festa hæc  
fumosa fœnò dicit. Ad quæ verba (ψ) non  
nemo Commentatorum: Palilia inquit, fu-  
mosa appellantur, quod cum celebrarentur,  
Pastores ignem, ex fœno & stipulis extru-  
ctum, transilirent, inde credentes se expiari.  
Tandem publicos quoq; CONSTANTINOPOLEOS  
natales annotavit (ω) ZONARAS, quem vide.

inciderunt in v. id. Maj: Boet. in Patroc. i. 8. 9. et Faber in  
Semestr. p. 45.

Privati verò natales cujusq; conditionis  
Et fortune hominum fuere, qui vite sue au-  
spicia Et natalem, ad redintegrandam ejus lu-  
cis memoriam, quam primam aspexerant, di-

Diem natalem veditis  
Cicero actus est cum Attico  
III. ep. 20. n. 2. Eleg. IX. l. 3.  
33. B. Ad Attic. l. VII. ep. 5.  
Cic. naty 20. DE LVII. ab U. y. Virg. ecl. III.  
C. ante x. h. v. 70.  
natum. Sagit.  
in Vita Cic. p. 75. Lips. in  
Tacit. pag. 470.

versis rationibus honorificè ornârunt. Sic  
de natali amicae suæ elegiam conscripsit (α) ~~MAR-~~ PROPERTIUS

~~TULLIUS~~. Sic (β) CICERONIS natalis erat ter-  
tius Nonas Januarij. Huc pertinent verba  
DAMOETÆ (γ) Virgiliani:

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Jola.  
Quem morem antiquissimum satis superq; te-  
stantur antiqua literarum monumenta. Nam  
de Persis Asiæ Dominis apud (δ) PLATONEM,  
Et de Medis ante illorum tempora apud (ε) XE-  
NOPHONTEM, quod natales suos observaverint,  
legere est. Apud Græcos non solum Reges,  
Princi-

δ. i. Alcib. p. 36.  
Herod. 2. p. 28.  
ε. l. i. p. 7.

Principes, alijs Magnates, sed etiam Philoso-  
phi natales suos, (3) CICERONE teste, cele-  
bravere. Quod sequentibus annis in  
Romanos derivatum est. De CALIGULA  
enim Principe prius, postea verò monstro ma-  
gis quam homine (4) SUETONIUS nobis reliquit,  
quod, Consulibus oblitis de natali suo edi-  
cere, abrogaverit Magistratum, fueritq; per  
triduum sine summâ potestate, eâ scilicet de-  
re, Respublica. Et AUGUSTUS, qui inter  
Romanorum Monarchas secundus vulgò nu-  
meratur, à (5) Gellio introducitur, quod nata-  
li die 64. literas ad Cajum nepotem dederit,  
quarum tenor hic est: Ave mi Caj, meus ocel-  
lus jucundissimus, quem semper medius fi-  
dius desidero, cum à me abes: Sed præci-  
puè diebus natalibus, qualis est hodiernus,  
oculi mei requirunt meum Cajum, quem,  
ubicunq; hoc die fuisti, spero lætum & be-  
nè valentem celebrasse quartum & sexage-  
simum natalem meum. Nam, ut vides,  
κλιμακτηρια communem seniorum omnium  
tertium & sexagesimum annum evasimus.  
Deos autem oro, ut, mihi quantumcunq;  
superest temporis, id salvis nobis traduce-  
re liceat in statu Reip, felicissimo (1) ἀνδρα-  
γαγόντι

3 l. 2. de finib. ubi legitur  
Epicurum testamentum ca:  
nisse, ut natalis post fata  
celebraretur. n. 83. 85.

4 In Calig. c.  
26.

5 l. 1. c. 7.  
Noct. att.

2, Valentibus γαδδδδτων υμων και διαδεχομενων. Notat autem

vobis & excipientibus, sc. statum hunc felicissimum.

(κ) SVETONIUS, quod equites Romani natalem AUGUSTI sponte, atq; consensu, biduo semper celebrarint. Fuit vero ejus Na-

Naty est Augustus π. In Augusto c. 57.

talis (λ) IX. Cal. Octobris, qui juxta Calendarium nostrum est XXIII. Septembris dies. De

Sub Juliano Cicerone π. In Aug. c. 5. Val. 11. 36. 1. μ. L III Epist.

SILIO etiam Italico (μ) PLINIUS refert, quod Principis Pœtarum, VIRGILII scilicet, natalem præ suo agitare solitus fuerit. quem et Augustus

Tria autem vulgò ad Natalis festivitatem fuerunt requisita: 1. Votiva gratulatio 2. Denariorum missio 3. Conviviorum (ν) agitatio.

Tsit. or. ac. p. 321.

Tsit. or. ac. p. 308. & Agitare Convivia habet Ovidius L. VII. Metam. 89.)

Est autem I. Votiva gratulatio, quâ nostros salutamus die natali, ijsq; omnia bona cordiculus precamur. Non solum ergò adhibentur vulgares salutationes, quales sunt PAX

Hottling. cipp. p. 27.

ξ. Joh. XX. 20. 26.

ο. Matth. X. 13.

π. Luc. 1. 28.

ρ. L. VI. ep. 79.

TIBI, ex Ebræo שָׁלוֹם & Græco εἰρήνη. Quâ formulâ ipse (ξ) SALVATOR, noster usus est, & eandem (ο) Apostolis suis præscripsit observandam. Vel: DOMINUS TECUM. SALVE, quod

Græcis est (π) χαῖρε, & alia. Verum etiam singulares assumuntur gratulationes, cum piis votis & ad Deum (Deos) datis precibus conjuncta, aliæq; ad diem hunc accommodata. Ejus-

modi est, quam habet (ρ) SYMMACHUS: Ævum maneat hic dies, qui te nobis dedit. Hunc

Hunc

Hunc ego & gaudiis mentis & verborum hono-  
ribus per multos annorum recursus vobiscum  
opto celebrare. Et (σ) PLINIUS: Solennia vota  
pro incolumitate tuâ, quâ publica salus conti-  
netur, & suscipimus, DOMINE, pariter & solvi-  
mus; precati Deos, ut velint ea semper solvi,  
semperq; signari. Sic (τ) PERSIUS ad MACRI-  
NUM:

*Tit. orat. ac. p. 281.*

*σ. L. X. epist.*

*49.*

*τ. Sat. II. ab  
init.*

Hunc, MACRINE, diem numera meliore  
lapillô,

Qui tibi labentes apponit candidus annos.  
*In quibus verbis elegantissima latet de Natali gra-  
tulatio. Sensus enim est: Sit tibi, MACRINE,  
felix & fortunatus hic tuus Natalis, & addat vitæ  
tuæ sequentes aliquot annos fugaces. NOSTRIS  
etiam usu receptum est temporibus, amicis de die  
natali gratulari. Quod nihil aliud est, quam  
repetitio gratulationis primæ, illius scilicet, quæ  
super natiuitate infantium ab amicis & vicinis  
facta est parentibus illorum, uti eam sacer codex  
nobis suppeditat (υ) diversis in locis. Imprimis  
autem de GABRIELE Angelo (φ) LUCAS notat,  
quod prædixerit: Multos gavisuros esse super na-  
tiuitate JOHANNIS Baptistæ. Quod gaudium  
vicini & cognati exeruerunt per gratulationem,  
tum statim ipsius natiuitatis tempore, tum procul  
dubio etiã tempore natalis quotannis recurrentis.*

*υ. Ruth. 17.*

*14. 15.*

*Luc. 1. 40. &*

*58.*

*φ. Luc. 1. 14.*

B

Caput

Caput verò gratulationis ejusmodi in hoc consti-  
 tit, ut pro salute & incolumitate ejus, cujus nata-  
 lis celebratur, calidas ad Deum nostrum preces  
 fundamus, atq; optemus, ut annis aliquot in orbem  
 reversis, repetitâq; diei luce sæpius illi frui conce-  
 datur. Quæ Numinis invocatio, quamvis, qua-  
 tenus ad verum Deum, qui est Unus in essentia,  
 & trinus in Personis, non verò ad fictum aliquod  
 humani cerebri non-ens, quale Judeorum, Ma-  
 hummedanorum & similibus Deus est, dirigitur,  
 solius est Christiani; Nihilominus tamen à plu-  
 rimis, quæ ante nos fuerunt, gentibus simile quip-  
 piam Idolis, & (x) ex materiâ confectis, atq; ob id  
 impotentibus, vel mente saltem confectis Dijs ex-  
 hibitum est. Imprimis de Romanis fide digni  
 scriptores nostra prodiderunt memoria, quod Ge-  
 nium & Junonem, ceu Deos hujus vitæ & lucis  
 alma largitores potissimum coluerint, unde &  
 isti Natales dicti fuerunt. De Genio sic (+) Persius:  
 Funde merum Genio, die, puta, natali.  
 Et (o) Horatius:  
 Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,  
 Naturæ Deus humanæ. — — —  
 De Junone Lucina vide (ωω) Terentium. Prætereâ  
 Nationem Deam (α) CICERO introducit à nascen-  
 tibus ita dictam. Græcorum γενέθλιον allegat  
 (β) PINDARUS, quem vide. Hinc rectè (γ) BUR-  
 Natalis Juno sanctos cape turis æceros. Tibull. IV. 6. int. CHNE-

x Ps. CXV. 4.

Non licebat unum ex  
 fundere, aut animal  
 macharæ natali. Hæc ab  
 H. p. 92. Phil. orat. acad. 253.  
 275. 300. 307.

Phil. or. ac. 4. Sas. II. v. 3.  
 p. 310. 311.

ω. L. II. Epist.  
 2. v. 188.

ωω Andr. Act.  
 III. sc. 1.  
 α. L. III. de Na-  
 t. Deor. 33.  
 β. in Olymp.  
 2. & 17.

Natalis Juno sanctos cape turis æceros. Tibull. IV. 6. int. CHNE-

**CHNERUS** cultum natalium veterem religionem (γ) In parent.  
vocat. Dan. Senn. ab  
init.

II. Secundum, quod vulgò ad festivitatem na-  
talis requiritur, est donariorum missio. Vide-  
mus enim, non tantum munuscula recens natis  
infantibus data, ut est apud (δ) **TERENTIUM**.

δ. Phorm. act.  
l. sc. 1.

— — — — — Geta

Ferietur aliò munere, ubi herapepererit,  
Porro autem aliò, ubi puero erit natalis dies,  
Ubi initiabunt, omne hoc mater auferret:  
Puer causa erit mittundi.

Quò pertinent Atheniensium ἀμφὶ δ' ῥόμια, quorum  
**SOCRATES** apud (ε) **PLATONEM**, & **EPHIPPIUS** apud  
(ζ) **ATHENÆUM** mentionem faciunt. Hæc enim  
festa erant, quibus natum puerum circa focum fe-  
rebant, cui propinqui, amici & familiares mune-  
ra tradebant. Ex quâ antiquâ consuetudine  
mos ille pro manasse videtur, qui hodiè apud Ger-  
manorum quosdam obtinet, ut nimirum illo diè,  
quò infans sacrò Baptismi fonte initiatur, munu-  
scula à susceptoribus illi donentur, ut sint quasi pi-  
gnora quedam, quibus illi infanti se obstringunt  
ad officium dilectionis atq; institutionis in pietate,  
quod in Baptismo quoq; verbis pollicentur. Quem  
morem precedenti etiam seculo usitatum observa-  
vit (η) **Jo. GVIL. STÜCKIUS**. Non tantum, inquam,  
hæc videmus, verum etiam de donariis majoren-  
nibus missis ab autoribus certiores reddimur. Sic

pag. m. 147  
e. in Theateto. Vide q  
p. l. IX. c. 2. pag. m. 370.  
et l. II. 29. pag. m. 65.

no in antiq.  
conviv. L. 1. c.  
16. p. 30 f. 2.

B 2

enim

S. Rud. act.  
IV. sc. 4. v. 127.

I. Epidic. act.  
V. sc. 1. v. 33.

X. Pseud. Act.  
I. sc. 3. v. 5.

λ. Epigr. V. de  
DIE NAT.

enim (S) PLAUTUS: Bulla aurea est, Pater quam  
dedit mihi natali die. *Et iterum:*

(1) Non meministi me auream ad te afferre natali die  
Lunulam, atque annellum aureolum in digitum.

*Et alibi:* (κ) Mittam hodiè huic suo die natali  
malam rem magnam & maturam. (λ) VIRGI-  
LIUS etiam Epigramma de die natali conscriptum  
ita concludit:

— — — — vaticque quotannis

Asmenidæ referant alacres sua munera cives.

μ. Sat. I. 15  
& 16.

Ita (μ) PERSIUS, Pœtam vel etiam Oratorem ad  
populum verba facientem introducit, quod de ca-  
thedrâ pronunciet

— — pexusque, togâque recenti,

Dona natalitia quae fuerint,  
vide Pauc. Salm. I. p.  
346. 347.

Et natalitiâ tandem cum Sardonyche albus.  
I. e. capillos pexos & comptos habens, tandemque  
indutus togâ novâ, pulcrâ & candidâ, manum ha-

Natalitia vestis alba.  
Barth. Anecdot. 1830.

bens Sardonychatam, b. e. annulum gerens cum  
Sardonyche, sive aliâ gemmâ primariâ, quam diè  
natali quidam amicorum ipsi dono dederat. His

ν. L. VII. ep. 80.  
79.

addatur (ν) SYMMACHUS, qui lineas margarita-  
rum foeminae hâc die mitti solere affirmat.  
Nec dubium est, quin multi avaritiâ adducti, non  
solum diem natalem semel, sed saepius in anno, quò  
plura ab amicis munera acciperent, celebraverint.

ξ. L. VIII. epigr.  
64.

Quam impudentiam ξ) MARTIALIS in Clyto coar-  
guit, dum in illû acuto hoc invebitur epigrammate:

Ut possas, Clyte, munus, exigasque,

unò nasceris octies in annò. vide *Reverbia* Hod. è



Hodiè etiam inter nostrates moris est, ut munera mit-  
tantur (o) Hodiè nato ab amicis, id quod volunt si-  
gnum esse amicitiae, ut testentur illis muneribus, se gau-  
dere, natum esse in hunc mundum eum, cui illa mittunt.  
Et hoc latinè Ligare dicimus, cui respondet solutio,  
quæ in promissione justî epuli, ceu λῶτες cujusdam, con-  
sistit, de quò mox agetur. Illud adhuc notandum, con-  
suetudinem ejusmodi apud plurimos meram esse men-  
dicationem, multi enim sunt, qui pileum dant, ut pal-  
lium accipiant, horùmq; loculi semper sunt inanes, ex-  
perientiâ rerum Magistrâ attestante.

o. Plautus in  
Pseud. act. 4.  
sc. 3. v. 14.

Ordines in laeu  
Curtius p. 101. b. c.  
S. et. Aug. 4. 5.  
Graeci & Romani  
IXno die convivia  
natalitia institue-  
bant. Franckenst. ad  
Phil. Epist. pag. 78.  
π. Phil. 2. n. 39.

Vide Semetria P.  
Fabri pag. 29.

§. In Thes. Fab  
p. 1008.

σ. Gen. XL. 20.

τ. l. 1. f. Clid. pag. 29  
v. L. IV. 6. 6.

NÆUS  
Keras. Calliop. pag. mit.  
263.

III. Tertium, quod ad constitutionem natalis vul-  
gò concurrit, est Conviviorum agitatio. Factâ enim  
gratulatione & munerum oblatione amici & familia-  
res, ab eo, cujus interest, convivio excipiuntur, quod  
solvere festum natalis sui plebejo sermone vocamus.

(π) CIGERO verò, qui semper nitidissimè loquitur, di-  
cit: Natalitia dare, sic enim ait: Hodie non descen-  
dit Antonius, cur? dat Natalitia in hortis. Quod

(s) BUCHNERUS explicat per convivia ad celebratio-  
nem diei natalis instituta. Et hæc apud veteres fuere  
usitatissima. In ÆGYPTO, ut inde exordiar, natali-  
tia celebrata fuisse convivia, argumento est illustre il-  
lud PHARAONIS Ægyptiorum Regis convivium, quod  
servis suis (σ) MOYSE teste, apparavit. Apud Persas ex  
omnibus diebus præcipuè colendum censuere suum  
quiq; natalem, uti refert (τ) HERODOTUS. Addit (υ) ATHE-

Tycta coena Regis Persarum natalitia.

*neus legibus illorum sancitum esse, ut hic dies supra  
 reliquos omnes observaretur. | Ambo tamen auto-  
 res in eo conveniunt, quando scribunt: Hoc die plura  
 convivia parari dignum esse arbitrabantur, in quibus dicio-  
 res integros boves, camelos, equos, asinos, eosque in fornaci-  
 bus tostos isto die in mensam apposuerunt. Pauperes ovi-  
 bus exiguis contenti, paucisque cibis (cibis tamen aliquot)  
 usi fuerunt, multisque, atque non bonis, bellariis. Vinum vero  
 largius bibere soliti sunt, & poti de rebus maximis consueta  
 re consueverunt. Judæos etiam natali die convivia in-  
 struxisse, indicio sunt funesta illa & tragica HERODIS  
 natalitia, in quibus regni sui proceribus, Chiliarcbis &  
 primariis Galilee cœnam adornasse (φ) dicitur, quæ  
 sanctissimo Christi præcursori mortem peperit indignis-  
 simam. De HERODIS hujus Parente, HERODE scilicet  
 Magno, quod convivium natalitium instituerit, sæpe  
 allegatus scriptum nobis reliquit (x) PERSIUS, Sic autem  
 ille: — — — at cum*

*φ. Matth. XIV.  
 Marc. VI. 21.  
 x. Sat. V. v. 12.  
 & sine*

*Herodis venere dies, unctaque fenestra  
 Dispositæ pingvem nebulam vomere lucernæ  
 Porjantes violas, rubrumque amplexa catinum*

*Ep. elea. I.  
 3. p. 357.*

*Turb. Wafew.  
 p. 559.*

*Cauda natat thynni, tum et alba fidelia vino.  
 Sensus est: Natali HERODIS die lucerna sunt accensa,  
 & in fenestris collocata ac violis coronata, cibusque &  
 potus appositi, ad gaudium scilicet & letitiam.*

*4. L. VIII. Sym-  
 pos. prob. 1.  
 L. IV. s. Mel-  
 pom.  
 α. Persa ad. V.  
 p. 1. v. 16.*

*Græcos die natali convivari solitos fuisse (γ) PLU-  
 TARCHUS memorat, & (ω) HERODOTUS. Ut sic  
 nova non fuerint, quæ Musa (α) Plautina hæc de re ba-  
 bet, quando Toxilum introducit, ita Lemnifelenen  
 alloquentem: Hoc*

Hoc age, accumbe, hunc diem fravem  
mecum natalem agitemus amœnum: date aquam manibus, ap-  
ponite mensam.

Ex hisce cognoscere facile est, omnem harum gentium reli-  
gionem diebus natalibus usitatam deliciis & convivis fini-  
tam fuisse. Nihil hic dico de libidinibus, aliisque vetitis volu-  
ptatum generibus, nihil etiam de profusione humani san-  
guinis, quò quidam festivitatem natalium suorum cruenta-  
vère; Sed hoc saltem moneo, Christianos primitiva Eccle-  
sia, ob hancce ethnicorum in natalibus suis vitiosam & lu-  
xuriosam consuetudinem, à natalium suorum celebratione  
planè abstinuisse, uti (B) ORIGINES exponit. Cui adde,  
qua (Y) HIERONYMUS habet, qui, Nullum, inquit, alium  
invenimus observasse diem natalis sui, in sacris puta lite-  
ris, nisi Herodem & Pharaonem, ut, quorum erat par  
impietas, esset & una solennitas. An verò hanc ob cau-  
sam natales sint execrabiles, & an (D) HIOB & (E) JEREMIAS  
Spiritu Sancto ducti diem nativitatìs diris devoverint,  
uti vult (Z) ORIGENES, alij videant, mibi non videtur. Nec  
omninò improbandum duco morem istum, quò apud nos ce-  
lebratur natalis, adhibetur enim modestia, abest luxus &  
superstitio. Nam cum ingens Dei donum sit, hominem na-  
sci, non alienum, meò quidem judiciò, est à p̄y honestiq; viri  
officiò, de illo gratias Deo agere, & animi hilaritatem in  
gratis agendis, modestò aliquò convivio, tanquam exter-  
nò Symbolò, testificari. (H) AUGUSTINUS sanè, Pater Ec-  
clesiæ Latinæ nominatissimus, se natalem suum celebra-  
se liben-

Natali abstine-  
bat à cetera victi-  
marum. Titu-  
orat. acad. p. 262  
Cens. De die nat-  
1. Soling p. 10. lin.  
38.

B. L. III. in Job.  
& Hom. VIII.  
super Lev.  
Y. Comm. in  
Matth. I. 2.

D. Job. III. 2.  
E. Jerem XX. 14  
Z. Hom. VIII.  
super Levit.  
Vide hist. Josam.  
Walestrif p. 102.

H. L. 2. de ordo  
c. p.

*se libenter fatetur, imò ex occasione convivij natalis librum*  
§. Disp. XXX. *de Beata vita, scripsisse se refert. Rectè igitur* (S) **GESNERUS:**  
*in Gen. p. 709.* Diem natalem, *inquit*, ita celebrare, ut mirabilis hominis for-

matio in utero, ejusdemq; educatio, & adversus Diaboli insidias  
defensio, gratò animò repetatur, vitæ & fortuna divinæ prote-  
ctioni commendetur, pium & æquum est. Et (1) **GERHARDUS**  
1. *In Gen. c. 40.* Convivia natalitia justo fine ac modo celebrare non est illicitum.  
p. 720.

*Nam & hæc ad gloriam Dei instituuntur, qui nobis non so-  
lum vitam dedit, sed in quò etiam vivimus, sumus & mo-  
vemur. Ex hætenus ergò dictis colligitur, NATALEM*  
esse diem, quò quisq; nostrum natus est, quòvis anno recurren-  
tem, de quo nobis agnati & amici gratulantur, a q; donaria mit-  
tunt, invitatiq; ad convivia nobiscum lætantur ad gloriam Dei,  
qui nos procreavit, & hucusq; conservavit.


*Tul. or. ac. p. 333.* Cum Natali ejusmodi non raro coincidit dies *Onomasticus*, quia infantes se-  
pe illius sancti, cujus die nascuntur, insigniuntur nomine, & hæc causa est, quod  
Onomasteria & natalitia à multis confundantur, cum tamen sint maxime distincta.  
Solemus tamen & hoc die ligari, vel quod amici nos de nomine nostro in Baptismo  
accepto commoneant, vel quod illos lateat natalis noster, in cujus locum substitutum  
volunt diem onomasticum. Huncce diem, Vir Magnifice, Patrone honoratissime,  
hodie celebras, qui ut felix, faustus & fortunatus tibi, tuiq; illuceat, Deum nostrum  
oro & exoro. Faxit Numen, ut Idus Octobris sæpius redeant Vestræ Magnifi-  
centiæ **FELICITER**. Munus, quod offero, chartaceum est, munus tamen.  
*Quod si legerit V. Magnificentia, mihi lauti instar & opipari erit convivij, sed*  
filum abrumpo & cum (u) **PLINIO** ita concludo:

*V. L. X. ep. 101.*

Vota, **DOMINE**, priorum annorum nuncupata alacres læ-  
ticq; persolvimus, novaq; rursus curante nostrâ pietate suscepi-  
mus; precari **DEUM**, ut **TE** Remque publicam florentem &  
incolumem eâ benignitate servaret, quam semper super ma-  
gnas plurimasq; virtutes, præcipuâ pietate consequi  
**DEI** honore meruisti,

**FINIS.**





Antiqu. Graec. 220.

